

Ætate CXCVIII.

THEOREMATUM OECONOMICORUM

de

12.  
SOCIETATIBUS

sub præsidio S. Triados

autoritate inclutæ Facultatis Philosophicæ in  
illustri Lipsiensi Academiâ

PRO LOCO

in eâdem consequendo, publicæ  
ventilationi vice disputationis secundæ

ad diem 15 April.

ANNO M. DC. XXXVII

subjicit

M. JOHANNES PREIBISIUS

Sprotta - Silesius, Collegii B. Mariæ

Virginis p. t. Præpositus.



LIPSIÆ,

Typis hæred. FRIDERICI LANCKISCH.

Diss. jur. civ.

480,51

Handwritten signature and number 480,51



# VIRIS

*Admodum Reverendo, Amplissimo & Excellentissimo*

**Dn. HEINRICO HÖPFNERO, SS. Theol.**

Doctori & in Academia Lipsiensi Professore publico, Facultatis Theolog. Decano, Cathedralis Ecclesiae Misnensis Canonico, Consistorii Ecclesiastici Assessori, Electoralium Alumnorum Inspectori, Majoris Principum Collegii Collegiato & Academiae Decemviro,

*Magnifico itidem, Amplissimo & Consultissimo*

**Dn. SIGISMUNDO FINCKELTHAUS,**

Phil. & U. J. Doctori, Consiliario Electorali, Consistorii Ecclesiastici Praesidi, Curiae provincialis supremae Assessori, Facultatis Juridicae Ordinario, Professore publico, Canonico Martisburgensi, Collegii Principum minoris Collegiato & Academiae Decemviro,

*NEC NON*

*Amplissimo, Clarissimo & Experientissimo*

**Dn. FRANCISCO KEST, Phil. & Medic. Do-**

ctori, ejusdem Facultatis Decano, Therapeutices Professore, Majoris Principum Collegii Collegiato & Academiae Decemviro,

*UT ET*

*Spectabili & Clarissimo*

**Dn. M. JOHANNI Hornschuch / Facultatis Philo-**

sophicae secundum p.t. Decano, Dialect. Philip. Professore publico, & Senatoriae ad D. Nicol. scholae Conrectori,

*Dn. Mecænatibus, Fautoribus & Promotoribus suis omni observantia cultu atatem prosequendis*

hanc *ἐπιτάδα* Theorematum Oeconomicorum  
in contestationem debitæ observantiae &  
grati animi

*dedicat & offert*

**Autor.**





# Apoll. Pſ. 37. v. 86.

Χεῖρα τίταινε ΘΕΟΣ;

## ANTELOQUIUM.



**E**X Tripode vox est: domum esse ima-  
ginem civitatis. quippè hæc nihil aliud,  
quàm οἰκιῶν πλῆθος ἀύλαρκες πρὸς τὸ εὖ ζῆν  
*Arist. 1. Oecon. c. 1.* est enim τὸ ὄλον, ad cuius  
formationem & firmationem ipsa Domus,  
ὡσπερ εἰ μέρϑ, accurrit *1. pol. c. ult.* Ideò &

civitatem τῆ φύσῃ πρετέραν εἶναι τῆς οἰκίας *1. Pol. 2.* rectè opi-  
namur, sed cum grano salis. Immensum autem pondus  
habet, ut ea ipsa navis, quâ omnes vehimur, ad debitæ per-  
fectionis obrussam elaboretur, siquidem eâ benè instructâ,  
publica salus viget; malè, riger. Aliquid verò lucis ejusce  
Plastæ Me fœneraturum induco, si ipsi partis indolem è vi-  
ridario Oeconomico, non tamen planè & plenè, sub aspe-  
ctum stetero; domo enim benè affectâ, civitas in portu na-  
vigat: etenim ἡ τῶ μέρϑς πρὸς τὴν τῶ ὄλϑς βλέπει ἀρεσίῳ *1. Pol.*  
*ult.* Fabricatur domum ὁ ἄνθρωπος (ut ut intra societatum  
carceres decurrit *1. Pol. 8.*) καὶ κλήσις *1. Oecon. 2.* Parte con-  
stitutivâ posteriore missâ, prior mihi negotium faceſſat,  
quæ principes domesticas societates nuncupat, quas vide sis  
*apud Arist. 1. Pol. 3. & 8.* Ast eas ipsas, promptas ex scrinio  
Aristotelico, levi saltem agere possum brachio, cum vastum  
Oceani gurgitem unâ urnâ absorbere velle, fanatici erroris  
nota sit. **Esto**

A 2

SECTIO-



# SECTIONIS PRIMÆ

## DE SOCIETATE CONJUGALI

### Theorema I.

Societas conjugalis est basis & caput reliquarum (a). est à naturâ (b). Error quorundam circa eam (c.d.). Conjugium unde dicatur (e): ejus Synonymica (f). finitio paululum illustrata (g). causa efficiens remota (h). Error aliorum circa illam (i). Efficiens proxima (k). finis duplex (l.m). Reprehenditur Euripides (n). Materia (o). forma (p).

- § 1 (a) Primas † sortitur ἡ κοινωμία γαμικῆ, cui reliquæ tanquam basi superstruuntur, & non tantum τὸ εἶναι exinde obtinent, sed & τὸ εἶναι. Unde enim liberorum recta educatio? Unde & servorum, infirmitate mentis laborantium, sustentatio? (b) Ad † eandem autem Naturam nos vocat & nec vocata illa (unde ei nomen) Venus ad nos venit, omnibus incutiens blandum per pectora amorem Lips. cent. 3. epist. 40. Clamat ipsa veritas: ἡ κοινωμία (intellege γαμικὴν) τῷ φιλεῖν ἢ τῷ ἀγαπᾶν. Φύσις μάλιστα ἐστὶ lib. 1. Oecon. 3. (ἀνθρώπων enim τῆ φύσις μάλιστ' ἀναγκαστικὸν, ἢ πολεμικόν 8. Eth. 14.) καὶ ἐξ ἀνάγκης συνέσκηκε 1. Oecon. 3: undenam aliàs perpetuitas humani generis? undenam hujus Universi cura, cultura? (c) Ad † crucem debinc Essenii, quorum primarium seclæ sua caput fuit cōtemptus conjugii, Joseph. lib. 2. c. 12. de bell. Jud.? (d) Ad crucem quoq; Montanistæ, Priscillianistæ, Novatiani aliiq; Aug. c. 74. ad Deut. & lib. 30. cont. Faust. c. 6. qui ferme in eodem freto natant, o natent! (e) Dicitur † Conjugium à jugo, quia olim jugum dicis morisq; causa sponsis impositū fuit, eis σύμβολον societatis individue Beckman. de orig. LL. p. 417. unde & conjugium Veneris jugum Oppiano, Halic. lib. 4. teste. (f) Alio † schemate idem vocitamus matrimonium, quia, ut quidam volunt, eo sine virgines
- hoc



hoc nexu se ligare patiuntur, ut matres salutentur, Aug lib. 19. cont.  
 Manich. c. 26, Agell. 18. Noct. Athen. : alio quoq; connubium, confor-  
 tium & c. (g) Et † hanc κοινότητα appello legitimam unius maris & § 6  
 feminae conjunctionem, individuam vitæ consuetudinem continentem  
 & ad subolis procreationem respicientem : ita & non imperitè justitiæ  
 Satellites. Nolo † hic intellegas corporis conjunctionem : nihil mera- § 7  
 cius in ipsius Themidos penu. conjugium non concubitus, non dos, sed  
 consensus & maritalis affectio parit : plura ex eodem. Fiat † autem § 8  
 secundum leges, ut ita naturalibus cohabitationibus, (uti contubernia  
 fervorum olim fuere) aliisq; quæ divino, quæ humano jure prohibitis  
 combinationibus nuntius remittatur. Ad † causas jam. quis enim tam § 9  
 perfrictæ & perfractæ frontis hanc societatem fortuitam vociferetur ?  
 (h) Efficiens † remota, est ipse DEUS, qui hoc cælum cottidiè volvit, § 10  
 revolvit : Solem ducit, reducit ; fruges promit, recondit, Lips lib 1. de  
 const. c. 14, hic, inquam, homines ante lapsum adhuc huic amabili jugo  
 providè submitit. (i) Vide † ergo rafa & derisa cohors, quantopere hic § 11  
 ipsi Deo dicam scribis ? hic præcipit, tu prohibes tuis affectis hæc grata  
 & rata amoris vincula tractare. (k) Efficiens † proxima est consensus, § 12  
 qui constituit conjugium, coitus consummat Erasmi. cent. 1. Epist. 44.  
 Et † hujus consensus necessitudo expenditur vel in Contrahentibus, (le- § 13  
 pidè Pamphilus apud Ter. in And. act. 1. sc. 3, nonne oportuit præscisse  
 me ? nonne prius communicatum oportuit ? ) vel in iis, quorum juri  
 Contrahentes sunt subditi, cujusmodi sunt parentes. (l) Finis † pri- § 14  
 marius est τεκνοποιία Arist. 1. Oecon. 3, Scal. 5. Poët c. 5. ( unde vulgo  
 ex scito veteri : Conjugium sine prole, est mundus sine Sole ) & generis  
 humani conservatio : ἡ δὲ φύσις ἀναπληροῖ τὴν ἐπιθυμίαν τῆς αἰεὶ εἶναι,  
 ἐπεὶ καὶ ἀεθμὸν ἔδωκεν αἰεὶ εἶναι, ἀλλάγε κατὰ τὸ εἶδος I. Oecon. 3.  
 Phæbéa † vox est. conjugio solo ἡ τῶν ἀνθρώπων κατὰ φύσιν, ἔστι θνη- § 15  
 τῆ, ἐκ τῆς διαδοχῆς τῆς αἰεὶ εἶναι τυχεῖν in append. lib. 1. Oecon.  
 Ac † propterea optumo jure cælibes quondam publicè fuere derisi, Plu- § 16  
 tarch. in Lycurg. & Lacon. & ignominiosi habiti Val. Maxim. lib. 2.  
 c. 4, imò castigati, Scal. 3. Poët. (m) Secundarius † sunt αἱ βοήθειαι § 17  
 καὶ εὐνοίαι καὶ συνεργίαι ἀλλήλοις & c. 1. Oecon. 3 ; non enim homines  
 solum τῆς τεκνοποιίας χάριν cohabitant, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰς τὸν βίον  
 8. Eth. 14. (n) Perfricet ergo frontem † Euripides τραγικῶτατος, § 18  
 quod ad solum nomen mulieris ita se affectibus dederit, ut vix post lon-



- gam temporis intercapedinem potuerit sedata animi menti postliminio restitui: certè chorda aberravit. (o) Materia † est unus mas & femina una: vox Majestatis divina est. sint duo in carne unâ, non tres, pluresvè Gen. 2. 24. Matth. 9. 5. Valeat † ex hinc πολυγαμία, quicquid etiam Aculeones & Curiones pro ejusdem assertione dementi mente garrunt: Patrum toleravit Deus, sed non approbavit: ideoq; jure merito hodiè infamiae nota inuritur polygamis, imò supplicium capitale iisdem decernitur. (p) Formam † representat obligatio illa ex mutuo consensu egerminans.

## Theorema II.

Definitur Maritus (a). Officia mariti cum uxore communia (b). propria (c).

- § 1 Dicitur † hic & doctum paucis de conjugii essentia, ejusq; causis, quibus concurrentibus non potest non appetibilis societatis hujus neci & plecti nodus. In eâ verò cum primis relatio inter maritum & uxorem
- § 2 venit ponderanda & quæ cujusvis sit functio. Prasultor † sit Maritus & funem ducat in hac choreâ. (a) Maritus est persona domestica,
- § 3 habens uxorem, eamq; alens ac defendens. (b) Collatis † autem signis maritus & uxor cernant, ut in mutuo hoc nexu inter ipsos pudor & reverentia splendeat, resplendeat, sin aliter sese felices & alba fortune pullos exoptent: quis autem secus? Deinde † etiam maximè litent concordia: audi verba ex hortulis Gratiarum delibata: ἡ τῆς κρείσσον καὶ ἀγρίων, ἢ ὅθ' ὁμοφρονέουσι νομασιν οἶκον ἐχῆλον ἀνῆρ ἡ δὲ γυνὴ in
- § 4 append. lib. 1. Oecon. Et † tandem συνεργίαι ἀλλήλοισι casta hæc amoris castra frequentent, & cum vel Zephyrus auram mulceat, vel cum Boreas strepitu, crepitu, sonitu, tonitru intonet. (c) Specialiter † ad maritum spectat rerum domesticarum acquisitio & defensio: propterea me Christè natura τὸ ἀρρεν ἰσχυρότερον ἐποίησεν, ἵνα καὶ ἀμυνυρότερον διὰ τὴν ἀνδρείαν ἦ, καὶ πορεύσῃαι τὰ ἔξωθεν 1. Oecon. 3.
- § 5 Deinde † ipse sibi sit lex, & leges inveniat πρὸς τὴν χρείαν τῆς γυναικὸς in d. append. Non † sit ἀλλοπαρόν. ἀλλ' ὅ, sed rei suæ certus, constans & in quem cuneus ac cumulus nihil possit ingruentium malorum,
- § 6 ac sichalybs ipsi circa pectus. In elegendo autem sibi Nympham svadere



*dere vellem, ut, cum ipse fuerit adolescens, virginem duceret: disertè  
 hic & exsertè Hesiodus: παρθενικῶν γαμῶν, ἵνα ἡθεα κεδνὰ διδάξῃς.  
 senex enim Psittacus negligit ferulam. Videat † autem ut sua natura § 10  
 sit adsimilis: aureum monitum & in templo Delphico scribendum: αἱ  
 ἀνομοσύνηδες τῶν ἡθῶν ἤκιστα Φιλικόν 1. Oecon. 4. Ex † composito § 11  
 verò vultu, oculis, verbis, toto corpore ad modestiam facto uxorem sibi  
 non elegat. crede mihi, nulla, aut male-fida fides. Ego nolim equum  
 sic emere aut agrum. vereor ne mihi canatur illud Comicum: habeas  
 ut nactus: & sic querela iuerint in ventum, imò in irrisum, ita cum Li- § 12  
 psio cent. 1. epist. 31. lubet loqui. Dein † curet hanc vita sua sociam,  
 quia κατὰ γυναικὰ πρώτη Πριμέλεια 1. Oecon. 3: defendat, quia est  
 naturā ἰσχυρότερη, fœmina autem ἀδυνεστέρη, ac propterea conju-  
 gale hoc fœdus inire affectat, ut sub mariti tutelâ & iurâ securam deli- § 13  
 tescere possit. Amet † eam jugiter, ardorq; ingenuus plus plusq; calè  
 eum faciat, ut templum ei aperiat bonæ mentis: alimenta suppeditet,  
 & ἃ οἰόντε ζῆν ἀνευ τροφῆς 1. Pol. 8: honorem ei habeat: scitè & ri-  
 tè ille, qui dudum in altum igneis sapientie quadrigis raptus est; πάν-  
 τες πὲρ γέροντες καὶ ἰδία ἀποσερῶμενοι σφόδρα φέρονται χαλεπῶς in d. § 14  
 app. Post † imperet ei, non βασιλικῶς, sed πολιτικῶς 1. Pol. 12. ideoq;  
 nullus Eam καὶ δόλον ἐν ταύτῃ ἔχη ταίξει ut apud Barbaros: φύσει  
 enim διώρισα τὸ θῆλυ καὶ τὸ δόλον 1. Pol. 2: non terrorem ei incu- § 15  
 tiat in d. app. ei † δὲ π. καὶ ἀγνοῶσα διήμαρτε, modicè eam verbis corri-  
 gat. rarò verberibus, nisi ob enormitatem enormissimam: ipsius enim po-  
 testas non in atrocitate, sed humanitate consistat, Arnisa. d. connub.  
 c. 7. sent. 3. & seq.: de violatâ thori castitate aliud obtinet. Deniq;  
 † ipsi etiam imperium concedat, sed restrictum: imperet hic κατ' ἀ- § 16  
 ξίαν, ac circa ea, circa quæ virum decet, ὅσα δὲ γυναικὶ ἀρμόζει, illi  
 adsignet, ἀπάντων γὰρ κυρμένων ὁ ἀνὴρ εἰς ὀλιγαρχίαν μεθίστησι 8. Eth 12:  
 competit quippe & huic τὸ πάντων ἀρχεῖν τῶν ἐνδῶν ἀμα καὶ πάντων  
 Πριμελείου κατὰ τὰς τετραγμένους νόμους in d. Append. Cautè † au- § 18  
 tem hic maritus caveat, ne (sæpè evenit) infestè & infaustè à sceptro ad  
 ferulâ devolvatur & γυναικονοχέμενον nō sine largiore risu decla-  
 retur, decantetur. Et † tandem non conniveat, ut nimio ornatum aliisq;  
 illecebris, viam ad Fastus templum sternentibus, studeat 1. Oecon. 4:  
 non tantum enim ista Venus aureola desubito Marito suo fiscū cum ani-  
 mâ avertet, verum etiam nequam facinus est, hoc cœnum se velle attol-  
 lere supra cœlum.*

Theo



# Theorema III.

Definitur Uxor (a). Exploduntur errores. mulierem non esse hominē (b). Requisita uxoris (c). In ineundo matrimonio spectentur virtus (d). forma, quā corporis (e), quā animi (f). fama (g.b). opes modicæ (i). iusta ætas (k). Damnantur nuptiæ nimis maturæ (l). vetularum & senum (m). Diogenes vituperatur (n). Tempus quoq; spectetur (o). Q. an uxor in mariti potestatem per matrimonium transeat (p) ?

- § 1 Fuere † hæc, quæ brevibus dicere habui de ipso marito, ejusq; mu-
- § 2 nis : paucula etiam de ejusdem correlato, Uxore scilicet. (a) Est † hæc persona domestica junctæ marito ad solatium & auxilium ipsi præstandum, ejusq; imperio subjecta. Clavum † (b) hic tantum non recti judicii extortum autumo illi inter Philosophos fundo & sublimi Mercurio (hoc elogio Platonem insignit Lipsius lib. I. de const. c. 18) quod dubitavit, an mulierem animantibus rationalibus, an verò brutis deberet accensere Arnis. I. pol. c. 4: quid verò clarius, hominem eam esse? In eadem etiam stultâ navi hodiè Philosophorum nō nemo, qui ex Arist. lib. 2. de gen. anim. c. 3. mulierem monstrum nominare non erubescit.
- § 4 Ejusdem † monetæ etiam nonnulli Jcti, qui calidè contendunt, in jure civili nomen hominis mulieribus derogari, quod potissimum evincere al-
- § 5 laborant ex l. 38. § 5. ff. de poen. Verum † ambitiosa hæc sunt, non vera. in labris nata, non in sibris; ideoq; risu potius sunt excipienda,
- § 6 quàm respondendi opere dignanda. (c) Requiritur autem in uxore, ut maritum suum μετ' αἰδῶστε καὶ σεμνότητι φιλήτε καὶ φοβήταί, μηδὲ σκῆνον κατὰ φρονίῃ in d. Appen.: insimul & τὰ τῶ ἀνδρῶς ἦθη παρὰδειγμα τῶ ἐαυτῆς βίβ νομίζῃ δικαίως ibid. Non † ei obstrepat, sed ἐαυτῶ παρῆχη περὶ βλάσιον, ἢ εἰποῖ ἀνηθείσαι εἰς οἰκίαν ἀφίκοιτο, ejusdemq; monita ut Theseium filum sequatur. Ad † inferos ergò γυναικοκρατία! Mores sint placidi & benigni: ad epol sesamum ac
- papa.



*papaver spargit illud Menandri, quod graece de moribus mulieris pro-*  
*nunciat, eos verum esse Φίλτρον, quo maritum ad seipsam amandum*  
*fascinat ac pie defraudat. In hac autem causa maximè vestitur, ut* § 9  
*ipsa sit casta & pudica: quippe non corporis nitor auriq; fulgor hanc*  
*prolis & vitae sociam plus commendare potest, quàm τὸ τῆς βίης σεμνόνη*  
*καὶ εὐπρεπὲς in d. Append. potissima† autem ipsius cura sit πρὸς σω-* § 10  
*φροσύνης καὶ εὐλαξίης & omnibus faciat angustibus, quò ἐν μὲν τοῖς*  
*ἐαυτῆς λόγοις αἰδώς. ἐν δὲ τοῖς ἔργοις τότε θεμιτὸν καὶ τὸ καλόν. ἐν*  
*δὲ τῇ ὀμιλίᾳ τὸ πειθόντε καὶ κόσμιον radiet ibid. Accedit† etiam, ut,* § 11  
*quia est Φυλακικώτερον διὰ τὸν φόβον, τὰ ἐνδὼν σὺζήσῃ. Oecon. 3.*  
*quandoq; & ipsa cum Minervâ, sic ajunt, manum moveat. Domi se*  
*contineat, quia οἶκοι βέλτερον ἐστὶ Hesiod., nec τῶν κοινῶν πολυ-*  
*πραγμονῶσαι ἢ in d. Appen. non† sit nugigerula, sed taciturna, γυναι-* § 12  
*κὶ (γῶ) κόσμον ἢ σιγῇ φέροι, Poët apud Arist. 1. pol. ult.: in delibera-*  
*do mariti sententiam debet sequi, quoniam & ipsa quidem habeat*  
*βελτικόν, ἀλλ' ἀκυρον 1. pol. 13. Tandem† & decet uxorem mores* § 13  
*mariti, etiam morosos, ἐυκόλως ἀνέχεσθαι, sic enim κατὰ τὸν οἶκον ῥᾶστε*  
*διοίκησις in d. App. Adversam† fortunam sui mariti sedato ferat* § 14  
*spiritu & magnum hoc in rebus hominum inane despiciat: Πρὶ γὰρ τοῖς*  
*συφοραῖς μεγάλαις καὶ ἀδικήμασι ταπεινότερον ἔδεν ὑποφάινειν*  
*πάντως ὑψήλοφρον & ψυχῆς ibid. Precari† verò eam decet, μη-* § 15  
*δὲν τῶπιθε τοῖς τὸ πρὸς τὸν ἄνδρα συμβαίνειν, intuendo exempla Alce-*  
*stidos & Penelopes ibid. Et† ultimò, cum conjugii leges lege factorum* § 16  
*inevitabili solvuntur, defunctum maritum lugeat. hoc enim κοινῶν*  
*παιδῶν καὶ βίης exigit. Haetenus† in clarâ luce, ut opinor, quâ* § 17  
*maritum, quâ uxorem sua munia decenter obire vidimus: adhuc ad-*  
*dam breves, sed rei magne notas, quas tam masculi, quàm femina no-*  
*teant, si horundem quis τὰύτω τὸν ὅσιον καὶ ἀγνωπείην τὴν διοίκησιν co-*  
*lere & excolere cupiverit. (d) Omne† punctum hoc fert, ut in virtu-* § 18  
*tum proventum inquiratur, quarum cognitio statim, me iudice, ad*  
*quemvis hominum aliquantisper redundabit, si procreationis bonitatem*  
*& educationis decentiam studiosius examinaverit. Audi† regium* § 19  
*illum Svalforem: duc benè institutam, nec maternis inquinatam vi-*  
*tiis Sen. de rem. fort. f. 19: de feminis hoc, idem & de maculis intel-*  
*legas. Rideo† dehinc Libycos, apud quos indistinctè puella nubebat* § 20  
*illi, cui arriserat: & Ligures, apud quos illi, cui aquam praeberat.*

B

Deus



- Deus prohibeat hoc nostrum ævum ab ejuscemodi præcoci & præcaci  
 § 21 more! (e) Formâ† etiam attendenda est, quæ muta quædam com-  
 mendatio Arist. apud Laërt: quippe amor nihil aliud est, quàm deside-  
 rium pulcri, ita eximiè eximius ille Sapientum Scal. exer. 300. sect. 3.  
 & gratior est pulcro veniens è corpore virtus, Virg. 5. Æneid., in pul-  
 cro enim corpore pulcræ quæ habitare animam præsumitur. Grande  
 § 22 † momentum in illo veteri verbo, οἷα ἢ μαρτυρῶν, τοῦ δὲ καὶ ἢ ψυχῆ Plau-  
 nud. in vit. Æsop. ut & in illo ab eadem mente & gente profecto: na-  
 tura conformat membra, ut moribus animæ convenient, Galen. 2. de  
 § 23 temp. c. 6. Ac† propterea antiquitus informis & deformis partus apud  
 nonnullas gentes fuit abjectus: eæ enim deformitas suspecta fuit habita,  
 tanquam signum pessimæ animæ in turpi corpore habentis Anton. Pa-  
 § 24 norm. in facet. Alphonsi. Verum† enimvero (f) non tam hic corpo-  
 ris benè formata effigies, quàm ipsa animi indoles connubii Candidatis  
 obversetur, commendetur: quis enim Æsopi deformitatem nescit? quis  
 § 25 autem nec ejusingenii præcellentiam miratur, rimatur? (g) Et† huic  
 requisito cognatum, imò, liberior & libentius dicam, ex ipso natum, ut  
 in iis, qui verendi & reverendi matrimonii sacris debent initiari, bona  
 § 26 fama expendatur; crudelis enim, qui famam negligit. (h) Ideoq;† Pene-  
 lopes telam retexit & in pulvere pingit, qui cum Canonistis mari per-  
 suadere vult. ducentem meretricem opus facere misericordie & ma-  
 ximam peccatorum consequi indulgentiam: certo certius fulmen est.  
 turpissimum est, cum meretrice consvescere. Svadeant ergo, cui pote-  
 § 27 runt, non mea sortis homini. (i) Deinde† huc etiam opes, sed modicæ,  
 pondus afferant, quibus solitæ conjugii amaritudines possunt edulcari.  
 Insolens enim (de fæminis hoc dico) malum est beata, id est, dives uxor  
 Sen. 1. contro. 6. f. 28. Ἰπικληρῶν ὅτι ἕσθα ἀρχαί & ita ἡ ἀρχὴ ἔ-  
 κατ' ἀρῆλων, ἀλλὰ διὰ τὸ λῆστον καὶ δυνάμιν 8. Eth. 12. O ita tum de-  
 § 28 mum miserum maritellum! Cautè† ergo adolescens, ne & ejusmodi  
 te decipiat, cujus auriculis bina patrimonia dependent, quæq; marga-  
 ritæ suffocent, cui minus sit in dote, quàm in veste Sen. de rem. fort.  
 f. 19: at vestis ad nihil aliud est exigenda, quàm ut nudum componat,  
 § 29 id. ad Alb. 16. (k) Tandem† justa ætas est spectanda 7. pol. 15. & 16,  
 quæ Plato maribus nuncupat annum 30, fæminis 20: Aristoteles ve-  
 § 30 rò illis 37, his 18, lib. 7. pol. 16. (l) Exhinc† ergo nimis maturæ nu-  
 ptie damnantur, quia propter hæc infirma plerunq; proles lucem vi-  
 det,



det, ac propterea etiam ἐν τοῖς τόκοις αἱ νέαι πονῶσι τε μάλλον καὶ  
 διαφθειροῦσιν πλείους, τὰ δὲ τῶν ἀρρένων σώματα βλάπτεται πρὸς  
 τὴν αὐξήσιν, 7. pol. 16: quò verò senior apud quemq; est Venus, eò pro-  
 serius est corpus, uti hoc ipsum de Germanis antiquis Tacitus de mori-  
 bus Germ. refert. (m) Damnentur † etiam vetularum cum viris ni- § 31  
 miùm juvenibus, & senum cum virginibus nimiùm juvenculis. quia pol  
 hujusmodi nuptie non τῆς τεκνοποιίας ἐνεκεν, sed potius explenda libi-  
 dinis ergò celebrantur. (n) Titivilitio † autem non empsitem illud § 32  
 Diogenis consilium, qui interrogatus, quando ducenda sit uxor? re-  
 spondit, τῶ νέῳ μηδέποτε, τῶ γέροντι μηδέποτε, Lips. cent. i. epist. 31;  
 quid enim hinc sperandum, nisi humani generis excidium & abolitio-  
 nem. Hoc † si alicui hujusce societatis cupidiori hodiè diceretur, certè  
 tristior domum discessurus esset, quàm olim in Pratura petitione victus § 33  
 Sulla aut Marcellus. (o) Quod † autem anni tempus ad matrimo-  
 nium ineundum commodatissimum? Dicam cum Philosopho, hyemis § 34  
 7. pol. 16: nostris quidem moribus quodlibet, excipe quadragesimale,  
 est receptum. (p) Unicum † hic adhuc quæro, numnam uxor per § 35  
 matrimonium in potestatem mariti transeat, num verò adhuc in patris  
 sui potestate remaneat? Prius mihi arridet, quicquid alii. Et hæc  
 † manu me, non sacco de societate conjugali pro pagina exiguitate se-  
 visse sufficiat, bonis avibus jam-nunc ad paternæ enodationem transeo.  
 Sit

## SECTIONIS SECUNDÆ

### DE SOCIETATE PATERNA

## Theorema prius.

Dicitur societas patria Aristoteli aliàs τεκνοποιητικὴ  
 (a). Finitio hujus societatis (b). parentum (c). pa-  
 tris (d). matris (e). Officia utriusq; (f). An publicè  
 instituendi liberi? (g).

Plenis † jam velis propero ad societatis paternæ evolutionem, quæ  
 ex anteriore ortum ducit, quamq; Arist. 1. pol. 12. πατρικῶν, (a) alibi § 1  
 B a verò



- verò τεκνοποιητὴν ἢ ἰ πολ. 3 vocitat: ex cuius voto etiam parentes quasi  
 § 2 parientes Isidoro dicuntur. (b) Est † haec societas inter parentes &  
 liberos Φύσις nata & data unio. Item eadem haec in suum relatum &  
 § 3 correlatum disspescitur: de illo primo loco. (c) Parentes † sunt perso-  
 na domestica legitimè consociata, quae ἐν κοινωνίᾳ γαμικῆς progna-  
 tam subolem assolent κἀδὲ, τρέφειν καὶ παιδεύειν 1. Oecon. 3. Ho-  
 § 4 rum alius est Pater, alius Mater. (d) Mibi † πατὴρ dicitur quasi  
 πατὴρ sator, ὡς δὲ τὸ τὰ τέκνα παείρειν. alius aliter. Et haec appel-  
 latio quandoq; tanquam gratiosissima, attribuitur Deo, utpote omnium  
 nostrum Satori; nonnunquam iis, qui vices parentum sustinent: saepe  
 saepius est honoris & amoris nota: saepissime autem nuncupatur hoc ver-  
 § 5 bulo persona domestica liberos à se generatos educans. (e) Μητέρα  
 † voculam cum Eustathio à μάω derivatā volo, quod est studiosè inqvi-  
 ro, vehementer cupio, quia matres de filiorū educatione sint curiosiores,  
 § 6 studiosiusq; in eorundem inquirant defectus. Autores † hac voce inter-  
 dum causam vel originē alicujus rei notant: interdum Nutricem, exem-  
 § 7 plum suggerit Plaut in prolog. Menæchm.: propriissime personam do-  
 mesticam liberos à se partos foventem & educantem. Haec † pingvi Mi-  
 nervā de finitionibus parentū quā generalibus, quā specialibus: officia,  
 § 8 quae utrosq; concernunt & in liberorum educatione radicata sunt, inse-  
 quantur. (f) Sole autem meridiano clarior est, ὅτι πλείων ἢ πατὴρ τῆς  
 οἰκονομίας πρὸς τὸς ἀνθρώπους, ἢ πρὸς τὴν τῶν ἀψύχων κησιν & qui-  
 § 9 dem magè circa liberos, quàm servos 1 pol. 13. 8 Eth. 13, καὶ ἐν τοῖς πό-  
 λεσιν ἔγνωμενοι τῶν βλαπτικῶν τῶν πολιτικῶν 8 pol. 1. Igitur † im-  
 mane quantum interest, ut ei genēs πρὸς τὴν πολιτικὴν βλαπτικὴν τῶν  
 παίδων παιδεύωσι, quippe expedit Reipl. liberos benè esse institutos,  
 § 10 ἐν τῶν γὰρ παίδων οἱ κωνωνοὶ γίνονται τῆς πολιτικῆς 1 pol. ult. Libe-  
 ros † verò principis ἐργασίαν, ὡς ἐαυτῶν τὸν ὄντα, 8 Eth. 14: verum ne  
 § 11 quid nimis: prospiciant iis de victu & amictu, aliisq; omnibus vite præ-  
 sidiis, secundum monicum in d. Append. Attamen † hac prora puppisq;  
 est totius negotii, ut natus infans in ejus sinu ( easura infirmitatis exci-  
 § 12 pio ) nutriatur, è cuius visceribus est effusus, Tholoz lib. 14. de Repl.  
 c. ult. etenim τῆς φύσεως δὸς τῆς μητρὸς ἢ τρεφῆς πρῶτον 1. Oecon. 2.  
 § 13 1. pol. 10. Grande † ergo nefas propter debitas modò fontem lactis. proli  
 debitum, exiscare! non ovis, non lopus factum suum deserit, homo verò  
 deserit, ita Arrian, 1. ep. 23. Accedit, † quod sanitati proli noceat alieni  
 lactis



lactis diversa qualitas: imò nonne sepiusculè à libidinosi, iracundi &  
 ebriosi Nutricibus cum ipso lacte venèna combibunt, usq; ad unguem  
 fermè similes fiunt? Ac † ne membra di' ἀπαλότητα διασρέφῃται, pro- § 14  
 vidi parentes fasciculis aliisvè ἐργάνοις μηχανικοῖς, pro gentium di-  
 versitate, precaveant, ἀποιεῖ τὸ σῶμα τῶν τοιούτων ἀσραβές 7 pol. 17.  
 Multum † quoq; facit τὸ εὐθύς πρὸς τὰ ψύχη συωθεῖσθαι ἐκ μικρῶν § 15  
 παίδων tum ad sanitatem, tum ad res bellicas ibid: langvida enim illa  
 corpora fiunt, quæ rarus Sol vidit, ventus non strinxit, aura tristior non  
 libavit, Lips. lib. 2. de constant. c. 8. Et † dum intra quinq; annos pro- § 16  
 pter τὸ τὴν αὐξήσιν ἐμποδῆσθαι ad disciplinam aliquam, laboresve non  
 sunt cogendi liberi, δὲ τοιαύτης τυγχάνειν κινήσεως, quò ἢ τὸ σῶμα-  
 τ' ἀσραβῆς evitetur: ludos † ludere cum coævulis suis ob insignes utili- § 17  
 tatum notas cauti parentes patientur, dummodo advortant, ne ejus-  
 modi ludi sint ἀνελεύθεροι, nec Ἰππῆνοιοι, nec ἀνεκμενοιοι, sed tales, ut  
 possint esse μιμήσεις eorum, quæ postea in adultâ etate seriò venient  
 tractanda. Iniquè † autem ἑ sibi ἑ liberis suis consulunt, qui plora- § 18  
 tus liberorum prorsus prohibent. συφύσσει γὰρ πρὸς τὴν αὐξήσιν: ma- § 19  
 gè † prohibeant eos μὲν δὲ λῶν εἶναι, quia lubricâ ἑ fallaci horundem  
 conversatione, utpote quorum virtus ad incitas redacta ἑ reducta,  
 omnigenis vitiis ocysus possint inescari: maximè † autem eos ab obscænis § 20  
 sermonibus cantilenisvè secedere jubeant, quia ἐκ τῶν εὐχειρῶς λέ-  
 γειν ὄλησιν τῶν ἀειχρῶν, γίνεσθαι καὶ τὸ ποιεῖν σωφροσύνης: uno verbo.  
 δὲ τοῖς νέοις πάντα ποιεῖν ζένα τὰ Φαῦλα: καὶ λῶν δὲ αὐτῶν, ὅσα ἔχει  
 ἢ μοχθηρίαν, ἢ δυσμενειαν. Tandem, † quamprimum nuces relique- § 21  
 rint ἑ ad maturiorem etatem aspirârint, difficilioribus quoq; ἑ subli-  
 mioribus disciplinis sunt adsvescendi: prolixius hæc persequitur Cory-  
 phæus noster Arist. lib. 7. pol. c. ult. in fin. & lib. 8. cap. 1. & seqq. quæ  
 evolve sis, si paucula hæc appetitum non exaturârint. (e) Sed † quæ- § 22  
 nam hic institutio adhibenda? publicanè, an privata? Prius tueor,  
 quia eandem orbitam Aristoteles, divina illa Musa, calcat ἑ inculcat  
 8 pol. 1. Ultimò, † parentam est liberis imperare βασιλικῶς, non δε- § 23  
 ατολικῶς 1 pol. 12, ἢ μὲν γὰρ πρὸς ἡμῖς κοινωνία βασιλείας ἔχει σχῆμα  
 8 Eth. 12. Hic † autem cautela opus est, ne nimis faciles, nimisvè duri iis § 24  
 sint: ὁμοίως ἐστὶ κακὸν καὶ ἀνεπίστω φρόνις ἑ κατὰ γυμνασίου ἀσυγχά-  
 ρη ἑ secundū Nazianz: allaborent, ut ita eos sub disciplinâ contineant,  
 quò etiam solâ virgæ umbrâ, aut saltem vultus torvitate possint in gy-  
 rum reduci.



# Theorema posterius.

Liberi sunt instar vinculorum, quibus parentes arctius connectuntur (a). Definiuntur (b). Officia eorundem (c).

- § 1 Haec tenus † per transfennam veluti de parentibus egi, per paucula reliqua restant de liberis, (a) qui sunt instar σωδίσμῃ quo combinantur parentes: de hinc namq; οἱ ἄτεκνοι θᾶπρον διαλύονται. τὸ γὰρ τέκνον κοινὸν ἀγαθὸν ἀμφοῖν σωέχει δὲ τὸ κοινόν 8. Eth. 14.
- § 2 (b) Definitio † liberos, quod sint persona domestica ex societate conjugali à parentibus procreata. (c) In † hisce requiritur, ut, quia ipsorum virtus adhuc ἀτελής, eandem πρὸς τὴν τελείαν καὶ τὴν ἡγεμένην ἀρέσκω conforment I. pol. ult.: ut εὐργωσι τὰς γονεῖς, ὡς εαυτῶν τι ὄντες 8. Eth. 14.
- § 3 Ἔσ' à quibus vitam ἔσ' omnem vitæ lautitiam indepti fuere. Hic † non sicco transfiliamus pede, majori amore parentes erga liberos flagrare, quàm hos erga illos: etenim μάλλον ἴσασιν οἱ γονεῖς τὰ τέκνα ἐξ αὐτῶν, ἢ τὰ γνηθέντα ὅτι ἐκ τῶν; magis etiam τὸ ἀφ' ἑσ' σωκείωται τῷ γνηθέντι, quàm τὸ γνηώμενον τῷ ποιήσαντι: ἔσ' demum accedit longinquitas temporis, οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς ἡρόμενα εὐργωσι πὰρ δὲ παρελθόντα τοῖς χρόνοις ibid.
- § 4 Deinde † reverentiam ἔσ' filialem modestiam liberi erga parentes verbis gestuq; declarent, in d. App.: exhibeant iis honorem καθάπερ θεῶς 9 Ethic. 2. quandoquidem hisdem καὶ ἀξίαν gratiam referre nulli possint 8 Eth. 16.
- § 5 Et † quia autem semper deterius prestantiori secundum naturæ institutum debet parere, congruit quoq; ut liberi sint morigeri parentibus in rebus honestatem ἔσ' pietatem concernentibus. secus nulli obstricti sunt, mandata eorū effectui dare 9 Eth. 2.
- § 6 Et † demum præter amorem, honorem ἔσ' obedientiam ἀνδραγαθία parentibus quoq; debent: κάλλιον γὰρ τοῖς γονεῦσιν, ὡς τοῖς αἰτίοις τῆ εἶναι, τροφῆς μάλιστα ἐπαρκεῖν, ἢ εαυτοῖς εἰς ταῦτ' ἐπαρκεῖν 9. Eth. 2: de hinc namq; liberi etiam suscipiuntur, ut scilicet πάλιν κομίζωνται τῶν δυνάμενων ἀδυνατῶν γονεῖς ἐν τῷ γῆρα 1 Oecon. 3, unde ἔσ' προσκοῖ in d. app. lib. 1. Oecon. dicuntur. Tribus † verbulis. liberi parentibus omnibus modis debent succurrere beneficiis: fama eorum consulere ἔσ' ab externâ vi defendere: debent enim esse κερτασοί τε καὶ εὐσε-

ΕΥΣΕ-



εὐσεβέστεροι πατέρες τε καὶ μητέρες φύλακες καὶ πάσης τῆς οἰκίας Φρῆ-  
ροι ἐσόμενοι in d. Append.

# SECTIONIS TERTIÆ

## DE SOCIETATI HERILI

### Theorema prius.

Definitur societas herilis (a). Dominus an à naturâ? (b) ejus finitio (c). Maximè eget seruo Dominus (d). Officia ipsius respectu Oeconomias (e). alia respectu servorum (f). Jus vitæ & necis in seruos hodiè sublatum (g).

*Telam † jam pertexas κοινωνίας δεσποικῆς lustratio ἔσπερλου-  
stratio, (a) quæ est Domini ἔσπερ serui τῆς σωτηρίας χάριν facta unio § 1  
i. pol. 2. Considerandus † hic venit Dominus ἔσπερ Servus. (b) De Domino § 6  
primitus, cujus conditionis ipsa natura est ἀνάγκη, utpote cum τὸ  
ἀρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον φύσει διὰ τὴν σωτηρίαν i. pol. 1 ἔσπερ nulla ca-  
pitalior pestis τῆ ἀναρχίας Lips. lib. 2. civ. doct. c. 1. § 6. (c) Domini § 3  
† appellatio fuit à vocolâ domus. præsit hic domui ἔσπερ familiam guber-  
net, Becman. de orig. LL, cujus rei gratiâ etiam τὸν Monarchæ re-  
fert, ὅταν πᾶς ὁ οἶκος μοναρχεῖται i. pol. 7, 1 Oec. 1. Græci nuncu-  
pant eundem κύριον καὶ δεσπότην à δεσπόζω dominor. Hunc † defi-  
nio, esse personam domesticam. habentem servum. (d) Et hujus opere § 4  
maximè eget Dominus ad rei familiaris administrationem, quia non  
Argus est, à tergo etiam videns, nec quovis loco simul præsto esse potest,  
quod Pythagoram potuisse testis est Ælian.: imò nec omnia eum adire  
condecet, quia ipsius est τὸ ἀρχεῖν, ὁ δὲ ἀρχὴν verò est ἀπὸ τῆς τῶν  
πρὸς τὴν πρᾶξιν i. pol. 4 ἔσπερ πᾶσα γκαῖα χρῆσιμη ἔσπερ i. pol. ult.  
(e) Principaliter † in hoc requiritur, ut ipse perpetim omnium rerum § 5  
pervigilem suscipiat curam: ἐγείρηται πρὸς τὸν δεσπότην οἰκῶν καὶ  
καθεύδῃ ὑπερον: grande pondus adjicit illud Persæ, qui interrogatus, τί  
μάλιστα ἵππων παίει; ὁ τῶν δεσπότην, respondet, ὁφθαλμός i. Oecon. 6.  
(f) *Idem**



- § 6 (f) In † respectu verò ad servos attendat, ut δόλως ὁρῶντων ἢ ἀποδύσσει i Oecon. 5. moribus bonos & quorum ingenia sint recta, non tamen erecta: hi enim si debita bonitate & indole deficiant, quid spei de reliquo opere? cum sint ὁρῶντων ὁρῶντων i. pol. 4. ad quorum dutum & moderamen reliqua operantur aut deficiunt. Magni † autem momenti est, ne sibi δόλως δόλως vel ἀνδρείως ἀγῶν elegat. ἀμφοτέρωθεν δὲ ἀδ. κῆσιν. ignavi nihil tolerant, animosi difficulter reguntur i Oecon. 5.
- § 7 Et hanc de re Casum in suo Thesau. Oecon. p. 115. Caveat, † ne acquirat ὁμοθυμῶν πῶλως Arist. de loc. ne demum contra ipsum conspirent, quia sub eodem cæli fornice nati, eodem imò peregrino utuntur loquendi idiomate: veriverbiū est. quot servi, tot hostes, Macrobi. in Saturn., cuius rei magnam exemplorum messem metere licet apud Historicos, quæ brevitatis studio hic adscribere nolo. Deniq; † patria rationem habeat quam maximam, siquidem unius sæpenumero nationis mores cum alterius ex adverso pugnant, nullaq; arte conciliari possunt. Nullus † autem sibi ex eis elegat, quos infamis patriæ nota notant: κῆτες enim αἰεὶ ψεύσαι, κακὰ ἔργα, γαστέρες ἀργοί, sed potissimum, quos sui coloris esse deprehenderit, ποιῆν ᾧ τὴν ἡδονὴν ἐκείνους, τὸ κατὰ φύσιν οἰκείον 8. pol. 7. Et † hasce leges in elegendis servis Dominus tueatur: post verò eos ad omnia honesta advesfaciat, iisq; suo exemplo piè præluceat: erga frugi servos sit placidus, æquus, minasq; intermittat: rectè † autem iis utatur, quandoquidem ἡ δεσποσύνη ἐστὶ ἐν τῷ κτήθει τῶν δόλων, ἀλλὰ ἐν τῷ χρεῶθει consistit i. pol. 7: ideoq; neuiquam patiatur eos vel ὑβρίζειν vel ἀνιέναι i Oecon. 5, quod obtinebit, si sciverit τὸ ἔργον, τροφῶν τε καὶ κόλασιν justè & decenter temperare. Tò ἔργον † debetur servis, quia ad rem familiarem curandam & αὐτὴν ἀνὰ τὸν οὐρανὸν nato nati & dati sunt, ac propterea ὁρῶντων ὁρῶντων appellitantur, quibus Dominus rei suæ domesticæ accessum facit & ad vitæ usum necessaria acquirit: alias ἢ ἡδονῶν ἐκείνων τῶν ὁρῶντων κελευθῶν ἢ περιουσιῶν ἀνόμιμον ἀποβλέπειν τὸ τῆς δεσποσύνης ἔργον (uti Dædali aut Vulcani Tripodes sponte sua in divinum profuerint certamen) & δὲν ἂν ἐδῶ τῆς δεσποσύνης δόλων i. pol. 4. Interim † tamen & ἀργία ipsis quandoq; concedenda est, quia alias ἢ τροφῆς & Φάρμακον διὰ τὸ συνεχῆς i. Oecon. 5. Huc quoq; facit, ut, ne deteriores fiant, præstantioribus maiora præmia, pejoribus maiores pœnas Domini adjudicent d. loc.
- § 13 Et † cum opus sine cibo asinum facit ex servo, cibus autem sine opere
- porcum



porcum ( verba Cati sunt ) ipsis etiam τροφήν ἰκανήν ( quo nomine vesti-  
 menta quoque, aliavè necessaria veniunt ) suppeditetur : etenim τὸ ἔργον  
 ἔχειν, τροφήν δὲ μὴ βίαιον καὶ ἀδωραμίαν ποιεῖ, cum præterea etiam § 16  
 δὲ λω μὴ δὸς sit ἢ τροφή. Vinum † autem iisdem, svasore Aristotele,  
 aut nullam, aut perquam parum offerre jubeo, nisi in proprio sinu Do- § 17  
 minus angvem fovere velit. Et † tandem etiam non desit ἢ κόλασις.  
 egent enim diuturno sæpè flagello mali & inemendati mores, Lips. lib. 2.  
 de const. c. 13: attamen ea ipsa secundum leges & obruffam rectæ ra-  
 tionis fiat, ne scilicet præter modum severitiæ suæ virus Domini in frugi  
 servos evomant: (g) quantumvis † enim licet cana antiquitas jus vitæ § 18  
 & necis in servos iisdem concesserit, adeò ut pro cupidine eos vitæ exhe-  
 redes facere licuerit, tamen rigor iste sub ævo Christiano humanitatis  
 dulcore est mitificatus & modificatus, ita ut ne hodiè liceat asperius tra-  
 ctare servos, quàm modica coërcitio admittit. cum Reipl. intersit, ne  
 quis re suâ malè utatur. Verùm † hoc in legalibus tantùm obtinet ser- § 19  
 vis, secus in naturalibus, in quos natura nullam nobis serviendi copiam  
 fecit. De † illis adhuc moneo, ut, quò fidelius munere suo fungantur, § 20  
 Domini eos spe futurae libertatis lætent, scilicet ipsos rude donaturos,  
 si omni opere opera sua fideliter fuerint exequuti.

## Theorema posterius.

Definitur Servus (a). Cur dicatur servus (b)?  
 An à naturâ (c)? Officia servi (d).

Egi † de relato societatis herilis, agatur & jam coronidis loco de § 1  
 correlato, (a) quod est servus, qui est κῆμα ἐμψυχον, λογικόν, δε-  
 σπότης ὅλως ἐν, καὶ ὡσπερ ὄργανον ὀργανῶν, περικλυόν, χερματόν, περ- § 2  
 τὸν καὶ ἀναγκαιοτάτον 1. pol. 4. 1. Oecon. 5. (b) Romanis † dicitur ser-  
 vus vel à serviendo, vel à servando: posteriori modo. quia olim ii, qui  
 jure belli potuissent occidi, à Victōribus conservabantur & servitutis ju- § 3  
 go submittebantur. Græcis † dicitur δὲ λω quasi δὲ λω propter  
 multijugas fraudes & technas, quas vulgus servorum apprimè struere § 4  
 novit, Ter. in And. act. 3. sc. 4. (c) Sed † num & hic à natura? Asse-  
 ro. quia mecum Princeps ille veritatis Aristoteles: consule sis ejus lib.  
 1. pol. c. 5: εὐθὺς γὰρ ἐκ γυμνασίου ἐνιαυτοῦ διεσηκε, τὰ μὲν ἔπι τὸ ἀρχεῖον,

C

ταῖς



- παὶ δὲ Ἰπὶ τὸ ἄρχεν: nec minus incongruum est rationi, ut deterius  
 seruiat praestantiori, τὸ γὰρ ἀπὸ βελτιόνων, βελτιον  
 ἔργον: ideoq; quia τὸ ἄρρεν πρὸς τὸ θῆλυ φύσει, τὸ μὲν κρείττον, τὸ δὲ  
 χείρον ἔσ' maris est imperare, femina verò parère, cur non etiam ex eo-  
 dem capite servus Domino pareat ἔ' seruiat? ἔ' corpus anima. (d)
- § 5 Officium † servorum est, ut Dominos suos ament, ad digituli crepitum  
 eis vivant, dictisq; omnimodò audientes sint, sint fideles, taciturni, nec  
 rerum domesticarum arcana eliminant: non sint ὀλεσικαργοὶ sed se-  
 duli ἔ' omni lubentiâ ac decentiâ Domini mandata effectui dent. Opus
- § 6 † etiam est seruo scientiâ qvali qvali ad obeunda sua munia, at ea ipsa  
 ἔδεν μέγα ἔχη, ἔδεν σερνὸν ἂ γὰρ τὸν δόλον Ἰπὶσταῶς δεῖ ποιεῖν, δε-  
 σπότην δὲ πάντα Ἰπὶσταῶς Ἰπὶτέθειν 1. pol. 7, δὲ λ. ἔ' enim ὀλεως
- § 7 ὅσα ἔχει τὸ βασιλευτικόν 1. pol. 13. Hic † est respectus servorum erga  
 Dominos. erga ὀικονομίαν est, ut opes opere suo acquirant, quibus  
 tum ipsi, tum liberi, tum reliqua familia sustentetur: quo intellectu
- § 8 omnia veniunt, sine quibus nec ζῆν, nec εὖ ζῆν possumus. Et † hæc nude  
 sine pigmentorum gratiâ de Societatibus Oeconomicis pro virium mo-  
 dulo proposuisse sufficiat: eruditiona libent, qui cælum ἔ' terram subti-  
 lioris ingenii alâ pervolant. Ego altum jam relinquo, mea cymba  
 legat littus.

ζητήματα.

- 1 An unum uni sit contrarium?
- 2 An frustra sit potentia, quæ non traducitur in actum?
- 3 An Cometae sint stellæ novæ?
- 4 An dentur Orbes solidi in cælo?
- 5 An Terra exactè sit in medio mundi?
- 6 An velocior sit navigatio ab ortu in occasum, quàm  
 ab occasu in ortum?
- 7 An aliquis sibi faciat injuriam?
- 8 An justitia sit legum effectrix & contra?
- 9 An Agricultura sit res fordida?
- 10 An Mercatura etiam ex parte sit ratio acqvirendi na-  
 turalis?
- 11 An usurae sint probandæ?

Ad





## Ad Dn. Disputantem.

**Q**uod non in Patriâ est sterili, Tu sistis amœnâ  
Chartâ, PREIBISI; sic superas Patriam!  
Nam nulli Socii pereunt Tibi. stat Pater & Rex,  
Et Dominus. salva est Regia, Mensa, Domus.  
O utinam possis Artem transponere præsentem  
in rem! tum solo major in orbe fores.  
I verò doctam, quoniam placet, ARGENTINAM,  
Huic ostende Tuos, ut videat, Socios:  
Namq; habet Illa pares. & cum Legale salutas  
Dic quoq; THEOLOGIS nomine vota meo.

*M. Antonii Kirchhoffs S.S. Theol.  
Bacc. & Fac. Phil. Assess.*

---

**F**rangere Bellonam cernit Themis alma legirupâ  
Vinclum paternum, conjugale vinclum.  
Vinclum quin, aliàs solvi metuens, herile dextrâ  
Insanienti, se viente dextrâ  
Frangere Bellonam cernit Themis alma dissolutam:  
Et cuncta ferali impetu resolvi;  
Charâ privari jam conjugis flebilem maritum;  
Dulci parentem prole; seruo herumq;

G 2

*Ipsa*



*Ipsa etiam metuens sanctissima jura sempiternis  
Oblivionum contegi tenebris,  
Provida, Preibisi, mandat The sibus tibi venustis  
Tractare trini sacra jura vincli:  
Grataq; felicem Themis hinc jubet esse te maritum;  
Patrem beatum; Teq; herum beatum.*

*Amicis. Dn. Disputanti applaudens  
faciebat*

**M. Bonaventura Rehefeld**  
S.S. Theol. Stud.

---

**Q**uid sit heri & servi; quid conjugis atq; mariti;  
Quid patris & nati; dulcis Amice, doces.  
Fallor, an Oeconomum Tua te Prudentia fecit?  
An quæ proponis differis Arte Tua?  
Differis Arte Tua. Verùm præscribere mores  
Prudentes domui non opus artis erit.  
Nec tamen ipse domi privata negotia rerum  
(Si rectè memini) transigis Oeconomus.  
Quicquid sit, laus viva tuâ tibi surgit ab arte,  
Prudentisq; simul florida palma datur.

*T.*

*M. Christoph. Günzel. Alumn.*  
*Elect. & SS. Theol. Stud.*

**F I N I S.**